



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 361. Usque Ad Annum 395

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117786

§. 50. S. Gregorius Nazianzenus Constantinopoli.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66032](#)

cor penetrare possunt. Si morum puri-Sæculum IV.
tas Dei praesentis signum est, credere o- A. C. 379.
portet, Deum magis in Cappadocia, quam
alibi velle habitare, & nescio, an in reli- 1087.
quis totius orbis partibus tot altaria ejus
honoribus, erecta sint. Hoc ergo fratribus
tuis consilium dabis, ut potius corpo-
re exeant, ad Dominum ituri, quam ex
Cappadocia, ut in Palæstinam proficiantur.
Ista est S. Gregorii Nysseni de pe-
rigrinationibus opinio, quas universaliter
non damnat, ipse enim Jerosolymam
fuerat peregrinatus, sed pericula indicat,
quæ a viris sapientibus omnium sæculo-
rum fuere observata.

§. L.

S. Gregorius Nazianzenus Con-
stantinopoli.

Inter Orientales Ecclesias Constantino- Carm.de vit.
politana erat omnium afflictissima. A- p. 10.
riani ab annis quadraginta dominaban- Sup. XVI.
tur; aliae etiam serpebant hæreses, & §.13.
pauci, qui supererant, Catholici, Pastore
destitutebantur. Nam Evagrium, quem
anno 370. defuncto Eudoxio Ariano, e-
legerant, statim Valens proscripterat.
Nemo S. Gregorio Nazianzeno aptior
videbatur, qui huic Ecclesiæ splendorem
redderet, viri virtutem, Doctrinam, elo-
quentiam maximi omnes faciebant. E-
piscopus

Sæculum IV. p. scopus erat sine Ecclesia, nam Sasimen-
A. C. 379. sem nunquam adierat, cuius gratia or-

S. V. VI. dinatus fuerat, Nazianzenam interim ro-
xerat ut Externus, donec proprius elig-

Sup. XVI. retur. Jamque ea Ecclesia ab annis let
§. 51. relicta, ut privatus vivebat in Monache.

*Socr. V. c. 6. rio S. Theclæ in Seleucia. Tantum et
go virum Catholicæ Constantiopolitani*

go virum Catholici Conitinthopontum
in Pastorem exoptarunt, qui deserta Eo-

Greg. ep. 122 clesiæ curam susciperet. Episcopis hoc
ep. 14. consilium probabatur, utque id ficeret
Gregorius, amicorum intimi, quos inter
Bosphorus Episcopus Colonensis, in-
stabant.

De Episc. to. Gravissimum S. Gregorio accidit, die 2. p. 301. lectam suam solitudinem relinquere, ubi

a mundanis abstractus, cœlestis contemplationis dulcedinem degustabat. Tamen si quis... ut omnibus pietatis

ep. 14. ta fuit ejus repugnantia, ut omnibus nmia videretur. Culpabatur, quod Na

*zianzum destituisset, & Ecclesiae bonum
negligeret, dicebant renuenti; nova Ec-*

clesiae imminere pericula, & rumores
increbrescere, celebrandum Constanti-
nopolis. *Ueritas Apollinis*

Or. 25. p. 439 naris invehetur. Cessit tandem am-
nopolis Concilium, quo Hærelis Apo-

corum monitis, quamvis esset corpore
senectute, austeritate, & morbis fracto-
ratus honestius se vita defungi non posse.

Prius ex episcopis. — Serius, quam anno 379. Constan-

Pagi.an.378 pto. Serius, quam anno 57
n. 15. tinopolim venire non potuit.

Nihil erat in habitu exteriori S. Gre- Sæculum IV.
gorii, quod sibi hæreticorum & Laico- A. C. 379.
rum reverentiam posset conciliare. Cor-
pus senectute inclinatum, caput calvitie
deforme, vultus fletu, & rigore monasti- *Carm. vit.*
co attenuatus. Pauper erat, & vili ve- p. II. or. 25.
stitu, sine pecunia; sono quoque vocis p. 436. or. 27.
quidquam asperum, & peregrinum in- p. 468. or. 28.
erat. Ex Provincia valde remota venie- p. 483.
bat, vix Patria ejus noscebatur. Nihil-
ominus aderat, Hæresi a tanto tempore
Viætrici in urbe, Romani Imperii capi-
te, bellum illaturus; nec mirum, quod
primo aditu ipsum tantopere fuerint a-
versati. Ariani fidem Ecclesiæ simplici- *carm. p. II.*
ter ignorantes, credidere, quod Doctri-
nam de pluribus Diis afferret; & Epis-
copo suo Demophilo ex asse addicti, pati
non poterant, quod advenisset Adversa-
rius. Hinc unitis viribus Hæretici Gre-
gorium calumniis aggressi sunt, & factis
verba sequentibus, virum lapidibus infe-
ctati; nullum tamen grave vulnus ac-
cepit. Ab iisdem ante tribunal Præfe-
ctorum raptatus, Deo adjuvante, & in-
tegra fama liberatus est. Tantis inju- *or. 28. p. 484.*
riis nihil nisi invictam opposuit patien-
tiam, lætus, quod JESU Christi passionis
particeps fieret. Constantinopolim ad- S. Gregorius
venientem propinqui, quos ibi habebat, Nazianzenus
exceperunt, atque ad plures alios, domos
suas offerentes, divertere recusavit. Tam *ar. 25. p. 436.*
Hist. Eccles. Tom. IV. Oo pau- *27. p. 468.*

Sæculum IV. paucis contentus vivebat, ut hospitibus
 A. C. 379. suis vix oneri esset; alimenta ejus, ut iple

refert, eadem erant, quæ Brutorum, & a-
 vium. Raro pedem domo efferebat;
 nunquam in foris publicis, aut in amo-
 nissimis vastissimæ urbis locis visebatur.
 Ad neminem invisebat, sed omni ferme

tempore domi, spiritualia meditans, &
 or. 14. p. 218. soli Deo colloquens hærebat. Piissimum

219.

vitæ hujus institutum Constantinopolis
 erat perquam necessarium, ubi mala Cle-
 ricorum exempla Religionem Laicorum
 risui exponebant. Si quis ibi prædica-
 tionis officium utiliter suscipere velle,
 necesse erat, ut gravissimam vitæ ratio-
 nem teneret; & tandem hac Philosophia

simpli, & sincera S. Gregorius populi
 affectum sibi acquisivit. Quamvis po-

or. 27. p. 466. testatem sæcularem implorare potuisset,

or. 25. p. 439. tamen ad recipiendas Ecclesiæ, eorum
 que bona, quæ hæretici haud modico Ca-
 tholicorum damno invaserant, judicio
 contendere noluit. Non institit, ut Prin-
 cipum Edicta, quæ ipsi contemnebant,
 executioni mandarentur, nec Magistra-
 tum auctoritatem sollicitavit.

or. 28. p. 848. Conventus agere cœpit in domo pro-
 pinchorum suorum, apud quos hospita-
 batur. Quippe Ariani Catholicis omnes

Ecclesiæ eripuerant, sed & in quocunque
 alio loco conveniendi libertatem ademe-
 Greg. Presb. rant. Hæc domus sequenti tempore ce-
 p. 18. leberri-

leberrima Ecclesia fuit, quam Anastasiam, Sæculum IV.
seu Anastasin, id est, Resurrectionem di- A. C. 379.
xere, eo quod S. Gregorius in ea fidem
Catholicam quasi resuscitasset. Fuere, *Socr. V. c.7.*
qui narrabant, hoc nomen miraculo huic *Soz. VIII.*
Ecclesiæ confirmatum, atque mulierem
quamdam prægnantem ex hujus Eccle-
siæ porticu superiore, qui fœminis erat
destinatus, delapsam, & hoc casu inter-
emptam, postquam vero populus pro ea
orasset, una cum infante fuisse resuscita-
tam. Iterum hæc appellatio confirmata
sub Imperatore Leone Thrace post ferme
annos octoginta, quando Reliquiæ S. A- *Theod. lect.*
nastasiæ Virginis, & Martyris, quæ in ea- *II. hist. c. ult.*
dem Ecclesia depositæ sunt, fuere allatæ.
Coeterum S. Anastasia Catholicorum be-
ne distingueda est ab aliqua Ecclesia No-
vatiianorum, cui idem Nomen tempore
Juliani Imperatoris dederunt, cum eam *Socr. II. c. 38*
sub Constantio destruetam repararent.

§. LI,

S. Gregorii Nazianzeni Orationes.

Brevi tempore S. Gregorius omnes in
sui admirationem rapuit. Præcipue
in eo suspiciebant solidam Scripturarum
scientiam, argumentandi methodum
congruam, & stringentem, imaginandi
vim fertilissimam, qua res non animi mo-
do audientium, sed quasi oculis exhibe-
bat, explicandi difficillima facilitatem,

Oo 3 dictio.